



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. VI. Vtrum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

non necessario Christi anima se conuerterit ad phantasmata in exercitio huius scientia, sed quod ne quidem se potuerit conuertere, vt patet ex dictis.

ARTICVLVS V.

Utrum hac scientia fuerit habitualis?

AFFIRMAT.

Solum vult in genere docere quod scientia infusa in Christo fuerit per modum habitus, & non solum per modum actus & transeuntis; non autem vult determinare an fuerit habitus strictè sumptus, vel solum species, &c. quod in sequentibus erit inuestigandum.

ARTICVLVS VI.

Utrum hac scientia fuerit distincta per diuersos habitus?

AFFIRMAT.

probat ex eo quod sit connaturale animæ recipere species minus vniuersales quam sint species Angelicæ.

DVBIVM I.

De conditione specierum quæ deseruiunt scientiæ infusæ.

SUPPONO

ex communi theologorum sententia ad vniuersalem scientiam infusam requiri species, non solum pro notitiarum abstractiua, sed etiam pro intuitiua, cum quando obiectum non est coniunctum potentia cognitiua secundum suum esse reale, communis sententia ad hoc vt cognoscatur debeat ei coniungi saltem mediante specie tanquam sui vicaria, & quæ saltem mediante concurrat ad sui notitiam.

Species huius scientiæ deseruiunt sunt supernaturales seu ordinis supernaturalis. & quidem iuxta sententiam eorum qui nullum alium habitum scientiæ infusæ ponunt præter huiusmodi species, id necessario est dicendum, suppono enim actum scientiæ infusæ esse verè in sua entitate supernaturalem; quo supposito;

Prob. 1. iuxta illam sententiam nullum aliud inuenitur principium creatum supernaturale istius actus præter species; ergo ille necessario ponenda sunt supernaturales etiam in sua entitate, cum conformiter naturis rerum talis actus natus sit producta causa creata eiusdem secum ordinis.

Conf. omnes alij actus supernaturales tam intellectus quam voluntatis possunt habere principium creatum eiusdem secum ordinis, etiam ipsa clara Dei visio, quæ est actus maximè supernaturalis, & maximè sublimis.

Prob. vterius, etià concesso habitu scientiæ infusæ distincto ab huiusmodi speciebus; & quidem quoad obiecta supernaturalia non potest vilo modo negari, quia species ordinis naturalis nullo modo sunt apte ad clarè & quidditatiuè representandam rem supernaturalem. 2. etiam prob. quoad alia obiecta, quemadmodum potest dari actus vitalis circa res naturales, qui tamen in substantia

fit supernaturalis, potest etiam dari habitus inclinandus ad huiusmodi notitiam; ita non videtur negandum quin possit dari species supernaturalis; si possit dari, conuenientius est dari; ergo dicendum est species deseruiunt scientiæ infusæ etiam respectu obiectorum naturalium esse supernaturales.

Conf. conuenientius est vt illæ sint eiusdem ordinis cum lumine, cui ex sua naturali conditione possunt deseruire.

Prob. 3. in genere; species deseruiunt scientiæ infusæ in suo ordine non minus eleuant potentiam ad actum supernaturalem, quam habitus. Igitur sunt supernaturales seu superioris ordinis.

Conf. si intellectui instructo huiusmodi speciebus, non tamen instructo habitu supernaturali scientiæ infusæ, Deus præberet concursus illis speciebus proportionatum, actus esset supernaturalis; ergo signum est quod in sua entitate sint superioris ordinis.

Circa illas species difficultas est de earum vniuersalitate in representando, an scilicet sint vniuersaliores in representando quam species Angelicæ.

Marfilus in 3. q. 10. art. 2. concl. 2. ad 4. principale, putat animæ Christi vnicam speciem vniuersalissimam fuisse infusam; quæ scilicet huic scientiæ deseruiret, & per quam representarentur omnia quæ sub hanc speciem cadunt; eò quod hæc sit magna perfectio, quam non repugnat dari. & quamuis vtatur nomine habitus, non tamen videtur aliud velle designare quam speciem infusam.

S. Thom. art. 6. in corpore & responsione ad 3. censet esse plures & minus vniuersales quam sint species Angelicæ, cui cõsentit Med. ibid. Ratio est, quod sit connaturalis animæ humanæ recipere huiusmodi species minus vniuersales.

Plerique alij censent fuisse quidem plures; vniuersaliores tamen quam sint Angelicæ, quæ sententia videtur probabilior.

Et quidem licet sententia Marfilij non videatur posse aptè conuinci falsitatis & contradictionis, quia tamen non debet concedi animæ Christi quidquid non implicat contradictionem, & ex altera parte est difficile dare vnā speciē per quam intelligantur spiritalia & materialia, naturalia & supernaturalia, omnes substantiæ & accidentia; ideo verius est plures species animæ Christi fuisse infusas. Conf. vni speciei intelligibili connaturaliter potest vnus actus adæquari; atqui Christus non videtur per vnum actum cognouisse omnia quæ cadunt sub hanc scientiam.

Quod tamen sint vniuersaliores speciebus quæ Angelicæ sunt inditè ad res naturales cognoscendas, prob. Christus in alijs quæ spectant ad ordinem gratiæ Angelos superauit; sed ex dictis constat species, de quibus in præsentis est sermo, ad illum ordinem pertinere, cum sint connaturales actui supernaturali; cui debent proportionari 1. in entitate; 2. probabiliter etiam quoad vniuersalitatem in representando.

Ex his facile solui potest ratio in contrarium allata, dicendo quod cum huiusmodi species sint ordinis supernaturalis, non necessario infundantur secundum connaturalem modum animæ & connaturalem eius capacitatem.

Prob. 3. in genere,

34.

Marfilus putat animæ Christi vnicam speciem vniuersalissimam fuisse infusam.

S. Th. censet esse plures & minus vniuersales quam sint species Angelicæ, cui cõsentit Med. ibid. Ratio est, quod sit connaturalis animæ humanæ recipere huiusmodi species minus vniuersales.

35. Sentit Auditor fuisse plures, & vniuersaliores Angelicis. Sententia Marfilij improbat.

Prob. fuisse vniuersaliores Angelicis.

Soluitur ratio D. Th.

D V B I V M II.

Virum prater species infusas detur in anima Christi distinctus habitus scientiae infusae?

36.

Negant
varij.
Valent.
Vasq.

Affirmans
est proba-
bilior.
Med.
Suarez.
Lorca.
Becan.

NEGANT varij. Valentia disp. 1. q. 11. puncto 1. Vasquez disp. 54. cap. 2. quibus videtur favere S. Thom. hic art. 6. & eam probabilem censet Medin. art. 5. quam dicit viros doctos tenere.

Plerique alij affirmant. Med. art. citato, Suarez disp. 29. sect. 2. Lorca disp. 51. num. 3. Becanus de Incarnatione cap. 9. quaest. 4. concl. 2. & alij, supponitque Caiet. hic circa responsionem ad 3. quod videtur probabilius.

Prob. ad Deum clarè videndum non sufficit species Dei vel Deus ipse supplens locum speciei, sed requiritur etiam aliquid ex parte potentiae tollens eius disproportionem, & eam elevans ad eliciendum actum visionis; ergo similiter ad cognoscenda alia actu supernaturali requiritur aliquid supernaturale ex parte potentiae, ut scilicet actus eliciatur ex principio intrinseco connaturali. Conf. prob. à paritate rationis, quia scilicet species infusa non magis tollunt disproportionem potentiae in ordine ad eliciendum actum scientiae infusae, quam Deus vel eius species in ordine ad claram eius visionem producendam. Antecedens argumenti prob. Deus est omnibus praesens, & tamen non videtur ab omnibus; igitur signum est ad eum clarè videndum non sufficere solam eius coniunctionem cum intellectu, sed insuper requiri ut ipsa potentia per aliquid eleveur & reddatur apta ad claram & quidditativam Dei cognitionem.

37.

Requiritur
habitus, ut
potentia,
quatum est
ex parte
sua, perfec-
tè consti-
tuatur in
ratione
principij,
ad actus su-
pernatu-
rales.

2. non videtur minus connaturale ut ad actum supernaturalem ultra speciem supernaturalem potentia ex parte sua instruat aliquam virtutem, per quam reddatur potens, quam ut ad actum naturalem ultra speciem requiratur vis quaedam naturalis in ipsa potentia se tenens ex parte potentiae, & non tantum ex parte obiecti; atqui in naturalibus certum est nisi potentia aliunde habeat ea quae ex parte potentiae requiruntur, per receptionem speciei non reddi aptam ad eliciendum actum ad quem movet ipsa species; ergo nec reddetur apta in supernaturalibus. Cum ergo potentia naturalis per sua naturalia non sit apta elicere actum supernaturalem, debet ipsa ex parte sua elevari per aliquid aliud quam sit species; illud autem est habitus, per quem perfectè constituitur in ratione principij actui quantum quidem est ex parte sua, seu ex parte potentiae.

38.

D. Thom.
nō est con-
trarius.
Med.
Caiet.

3. Species infusae solae non videntur posse esse causa excessus scientiae infusae supra cognitionem Angelicam; igitur requiritur aliud quod sit tantum principium & in quod se tenens ex parte potentiae refundatur huiusmodi excessus: nihil autem esse potest prater habitum.

39.

Med.
Becan.

Neque contra hanc sententiam videtur quidquam opponi quod ex dictis non possit facile solui: solum potest esse difficultas de S. Th. sed eum non repugnare huic sententiae disertè ostendit Medina art. 6. ubi ait quod responsione ad 3. admittat habitum scientiae infusae distinctum à speciebus. videri etiam potest Caiet. ibid. Eundem admittit S. Th. in 3. dist. 14. art. 3. q. 4.

Petes 1. Vtrum habitus scientiae infusae distinguatur ab habitu luminis gloriae?

Aliqui existimant non distingui eò quod lumen aptum representare Deum, sit etiam aptum ad res creatas representandas.

Quamvis id non sit improbabile, verisimiliter Resp. tamen est illos habitus distingui. ita communis Venus videtur habitus scientiae infusae distingui à lumine gloriae. Lorca. Probatur.

Dices dari posse extra visionem beatificam, conformius tamen esse ut in statu beatifico per idem lumen Deus videatur, & cognoscantur res etiam in proprio genere.

Obiectio.

40.

Sed contra facit, quod actus scientiae infusae elicitus in via non censetur elici in statu praternaturali & contra naturalem exigentiam obiecti cognitionis; ergo in via potest habere principium connaturale distinctum à lumine gloriae; ergo homo in via potest elicere actus scientiae infusae per principium connaturale talium actuum, prior conseq. prob. actus scientiae infusae non minus potest elici ex principio connaturali quam quilibet alius actus, & quidem in eo statu, in quo obiectum potest cognosci iuxta suam exigentiam: cum ergo ut obiectum creatum quidditativè cognoscatur non requirat statum beatificum, poterit in via actus scientiae infusae habere principium connaturale; quod principium ut patet ex dictis non est lumen gloriae, quod si habeat principium connaturale distinctum à lumine gloriae, ergo connaturalius est distingui etiam in statu beatifico. vltima conseq. prob. mutatio status non tollit connaturalitatem principij respectu alicuius actus; ergo si lumen scientiae infusae distinctum à lumine gloriae sit connaturale principium actus in via, erit etiam connaturale eius principium in patria, & proinde erit connaturalius in patria distingui habitum scientiae infusae ab habitu luminis gloriae.

Infirmitas.

Conf. intellectus in via & in patria eodem plane modo tendit in obiectum per scientiam infusam; ergo per eadem principia. Ex his confirmata manet resolutio, quae

14

Prob. 2. lumen gloriae non videtur inclinare ad creaturas videndas sine vilo respectu ad Deum. Prob. Deus toto genere distinguitur à creaturis, & proinde potest esse terminus alicuius habitus qui non tendat in creaturas spectatas in se & in propria natura sine ordine ad Deum.

Probatur.

Dices lumen gloriae potest per ipsummet lumen videri; ergo etiam possunt res aliae videri in proprio genere per illud ipsum lumen.

Resp. neg. anteced. si intelligatur de noticia extra Verbum.

Ex his sit probabile ponendum esse in Christo aliquod lumen supernaturale distinctum à lumine gloriae.

41.

Petes 2. an habitus scientiae infusae sit vnus vel plures?

Quaest. 2.

Varij censent esse vnum ita Med. art. 6. Becanus q. citata. num. 6. qui conantur deducere ex S. Th. responsione ad 3. Quidam censent esse plures.

Medin. Becan.

Prior

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in hac scientia profecerit?

RESPONDET profecisse, non tantum quoad effectum huius scientiae, exhibendo scilicet opera quae viderentur esse indicia maioris scientiae, sed etiam quoad ipsos habitus, ita ut ipsi habitus in se successu temporis per actus fuerint redditi perfectiores, vel ad alia se extenderint, eo quod successu temporis aliqua de nouo cognouerint. Addit tamen responsione ad 2. hanc scientiam in Christo fuisse perfectam secundum tempus, id est accomodatam fuisse unicuique etati. Doctrina huius articuli dependet ex ea questione quam huc remisimus, num scilicet Christus scientiam naturalem habuerit per infusionem. Itaque

Resp. affir.

2.

Scientia acquisita fuit perfecta in Christo secundum tempus.

D V B I V M.

An Christus scientiam naturalem receperit per infusionem, an vero per proprios actus acquisierit?

3.

DVA sunt principales hac de re sententiae. Prior censet Christum hanc scientiam paulatim per actus comparasse. Ita S. Th. q. 9. art. 4. & hic art. 2. Caiet. Med. art. 4. citato. Valentia disp. 1. q. 9. puncto 2. §. nihilominus cum D. Thoma. Vaquez disp. 55. cap. 2. & plures alij, in quam etiam propendet Beccanus de Incarnatione cap. 9. q. 6.

1. Sentent. Christum hanc scientiam acquisisse per actus.

D. Tho. hic.

Caiet.

Medin.

Valent.

Vasq.

Potest probari 1. ff. 7. *antequam sciat puer reprobare malum & eligere bonum*; quod de Christo intelligitur, & solum verificari potest ratione scientiae naturalis, secundum quam aliquo tempore non potuerit scire bonum & malum. Luc. 2. *Et Iesus proficiebat sapientia & aetate apud Deum & homines.* Ad Heb. 5. *Cum esset Filius Dei, didicit ex his quae passus est obedientiam.*

4.

Suadetur 1.

ex Script.

1. sa. 7.

Luc. 2.

Hebr. 5.

Prob. 2. ex Ambr. qui lib. de Incarnationis dominicae mysterio cap. 7. concedit in Christo profectum & augmentum.

5.

Suadetur 2.

ex PP.

Ambr.

Suadetur 3.

ratione.

Prob. 3. ratione: nisi Christus scientiam naturalem proprijs actibus acquisierit, intellectus agens in illo fuit otiosus. 2. melius est a se reduci & se mouere ad actum, quam aliunde moueri. 3. habitus scientiae naturalis infusus, est superfluum & otiosus; cum nullus possit esse vltus illius nisi quo tempore occurrunt obiecta & intellectus mouetur a phantasmatibus, ac proinde possit acquiri. Conf. naturalius est animae comparare scientiam naturalem per actus proprios; igitur concedendum est Christum illam scientiam ita comparasse.

6.

Iuxta hanc sententiam dicendum est 1. Christum in utero matris non potuisse vti hac scientia, tum quia alij in eo statu non vtuntur actibus intellectus, & nulla occurrit necessitas quidquam hac in parte singulare Christo concedendi, tum quia sine maximo miraculo non potuit Christus species ex rebus sensibilibus accipere & phantasmata formare, cum nulla sensibilia ei representarentur. est enim omnino improbabile eum diuinam virtute in ipso conceptionis instanti habuisse omnium naturalium rerum phantasmata, & eodem momento elicuisse perfectos actus omnium scientiarum.

Coroll. ex hac sententia.

Primum.

No potuisse vti hac scientia in utero matris.

Dicendum 2. non potuisse vti illa scientia sine conuersione ad phantasmata, quia naturaliter non possumus aliter in hac vita cognoscere; & quia paulatim in hac vita res cognoscimus, Christus h-

Coroll. 2.

7.

militer

Prior sententia videtur verior, quia intellectus per hanc scientiam tendit in obiecta eodem modo, & nihil est quod cogat pluralitatem habituum adducere. Adde quod pertineat ad perfectionem istius habitus quod vnus & idem inclinet ad cognitionem omnium rerum creaturarum, & de cetero non appareat vlla implicancia propter quam dicendum sit non esse vnum.

Petes, 3. an is habitus habeat vnum actum adequatum?

Resp. non videri. non enim videtur constitui vnus actus quo tam naturalia quam supernaturalia cognoscantur, quando singula cognoscuntur in vno genere & non per aliud cognitum. potest tamen dari actus adequatus speciei, seu per quem cognoscantur omnia quae per vnam speciem possunt representari: quemadmodum Angelus potest vno actu cognoscere omnia quibus in eius intellectu vna species respondet.

Vnde potest explicari quomodo non sit necesse actum huius scientiae esse infinitum, etiam si Christus per illum cognoscat infinita, quia solum requiritur vt actus commensuretur speciei, quae finita existens in sua entitate potest sub certa specie vel sub eodem genere infinita representare, & ad cognoscendum talia infinita non requiritur vis maior quam vt comprehendatur natura specifica, quae communi iudicio non requirit virtutem infinitam; nam Angelus per vires naturae potest comprehendere substantias & accidentia ordinis naturae.

Christus non solum habuit diuersos actus scientiae infusus, sed videtur etiam illos habuisse successiue, ita vt non videatur sepe fuisse in actu quoad notitiam omnium obiectorum quae cadunt sub hanc scientiam, sed modo hoc modo illud, pro sua voluntate cognouit; non tamen proprie discurrendo, nec inferendo vnum ex altero, sed simplici notitia applicato intellectu instructo specie per imperium voluntatis ad talis vel talis obiecti notitiam.

Quia vero numerus specierum fuit certus & probabiliter in minima quantitate, sequitur quod facile potuerit nosse totam latitudinem obiecti huius scientiae, cum vt dictum est potuerit elicere actus adequatos speciei.

QVÆSTIO XII.

De scientia animae Christi acquisita.

ARTICVLVS I.

Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia?

PROPOSITUM id quod docuit art. 4. quaest. 9. scilicet scientiam naturalem a Christo per actus comparatam. Respondet Christum per hanc scientiam nosse omnia quae per virtutem intellectus agentis sciri possunt. Docet autem responsione ad 3. non nosse essentias substantiarum separatarum, similiter singularia praeterita, praesentia, vel futura.